LXXXII. *Ortona. Manaforno. Casali di Lecce.*

Sequuntur tituli inventi ad meridiem lacus in locis Ortona, Aschi, Manaforno, S. Sebastiano, Bisegna, denique in iis qui sub nomine *Casali di Lecce* comprehenduntur Castelluccio, ubi secundum titu*l*um n. 3813 *vicus Aninus* fuit, Turoto, Lecce vecchio. Nullus horum vestigium suppeditat propriae rei publicae nec dubium est universum hunc agrum partem fuisse territorii Marsorum, cui municipio pauca ea quae aliquo modo ad rem publicam in his titulis pertinent, plane respondent. Pro exiguo numero titulorum multi inveniuntur remotae vetustatis.

3808 [=5483] lapis repertus est tegens aream ex tegulis compactam, in qua inventae sunt monetae septem et lanceae cuspis et pugio. Ipsi lapidi rursus imposita fuit basis quadrata palmos c. 2 alta cum anulo; qua sublata et lapide remoto donaria sub eo videntur esse collocata. Repertus est 'in Marsis prope Milioniam' LANZI. Significatur opinor Ortona; nam in compendio historico Melchiorius passim contendit Milioniam ibi fuisse ubi nunc est Ortona, in eaque sententia tralaticia sine dubio probabile est Tomassettium quoque fuisse.

V · A*t*IIDIV*s*
VII*s*VNII
IIRINIII : IIT
IIRINII
ΓATRII
DONO · MII*r*I
ꟾIB*s*

Marinus Tomassetti apud Lanzium *saggio di lingua Etrusca* t. III p. 619 (ed. 2 p. 533) tab. XVI n. 2. 3. Inde repetita est *unterital. Dial.* p. 345 tab. XV et in vol. I n. 182 tabulaque Ritscheliana III D, ibique exposui, cur Latina potius quam Marsa vel Sabina credenda sit.

Quae minusculis dedi, corrupta sunt in forma Lanzii neque accurate typis repraesentari possunt. — 6 DONO·MIIIL·I Lanzi; DONOM·PIIRT mavult Garruccius in syll. n. 838.

3809 cippus parvus formae pyramidis, Manaforni rep. in fundo Ios. Alessi.

H · V · S · L · M

Carm. Mancini misit museo Neapolitano 18 Mai. 1859.

3810 Castellucci in aedibus Terra.

C
POIIIIIN
PRIMIGENIVS
/OCANVS DOC
H · DI

Descripsi titulum evanidum.

3811 Aschi.

CDIMI
IOVII
SACRI
COSTΓ
ΓERT

Garruccius misit delineatam; inde vol. I n. 1170 et in tabula Ritscheliana XCVIII E.

3812 litteris vetustissimis in cippo formae quadratae in summa parte cavum habente. In iugo supra Castelluccio di Lecce nuper rep. est ibi in domo Terrae.

V · VIITIVϟ · ϟA · F
VALETVDNE *sic*
D · D · L · M

Recognovi. Ferd. Terra *sopra il difetto di una storia dei Marsi* (Aquilae 1876) p. 140; Fernique n. 72.

1 dubitari potest utrum tertia littera sit II an R.

3813 litteris non tantae antiquitatis, quantam prae se fert n. 3812, sed vetustis et ipsis. Castelluccio *casale di Lecce* nuper rep. Est in domo Terrae.

ANINVS
VECVS ·
VALETVDNE *sic*
DONVM
DANT

Recognovi. Ferd. Terra *sopra il difetto di una storia dei Marsi* (Aquilae 1876) p. 140; Fernique n. 73.

Aninus vicus hinc innotescit.

3814 [=5495] Lecce vecchio *casale di Lecce*. Pars supra portam muro infixa est.

D | M
SV | RIO
FRON | TON
IANO | QVI
VIX*it* AN
NIS · | . . V
MAM | *m*IA HI
LARA | *ma*TER
ET MAM*mi*O MAM
MIANO | *fr*ATRI
MILIT | *i pr*AETOR
QVI V | *ix* AN
NIS X | ..*e*T MAM
MIO D | *o*NATO
NVT | *ricio* P

Descripserunt Brocchi et Garrucci.
15 NVI Brocchi.

3815 litteris bonis. Manaforni apud Aurelium Alessi.

D · M · S ·
P · GAVIO ·
MAXIMO ·
SODALI ·
COMESTO
RES *ascia* P

Recognovi. Carmelus Mancini apud Minervinium *Bull. Ital.* 1, 164 et in actis musei Neapolitani d. 18 Mai. 1859; Fernique n. 59.

Comestores hi et *collegium comestorum* tituli Marsi n. 3693 componi poterunt cum *convictoribus Concordiae* tituli Naronensis vol. III n. 1825.

3816 [=5679] rep. 12 Febr. 1814 *nel tenimento di Aschi* MELCH.; Marruvii GARR.; in Marsis VALÌA.

D · M · S
C · MODIO · ATIMETO
SEVIR O · AVG
TVRVLLIA · PRIMI
TIVA · CVM · QVA · VI
XIT ANNOS XXX ET FILIS *'sic'*
PIENTISSIMI BENEME
RENTI PATRI
P

Rossi apud Federicium cod. Cas. 848; Melchiori ms.; Valìa misit; Garrucci descripsit; Carm. Mancini *Giornale degli scavi di Pompei* 4 p. 13.

3 post R lapis teste Manc. hiat. — 6 seq. sic XIT·ANNOS·XXX | B·M·P (rel. om.) Valìa. — 9 om. Rossi Garr.

3817 in Marsis; ipsum locum suppresserunt editores, ne quis conferret. Interim hoc loco inserui.

IIK∘CIVVII
\/ꟾP
luna crescens
CAIISIA \/K
portae

Carm. Mancinius dedit Garruccio, qui ed. in comm. *dei canoni epigr.* (1870) p. 12 adn. 1 cum tab. et in sylloge n. 841.

Garruccius legit: *Elogime* [*!*] *V(ibii) l(iberta) p(osuit); Caesia V(ibii) l(iberta).*

3818 Ortonae in Marsis repperit m. Apr. a. 1857 Ludovicus Petroni.

Q · CRANIVS · P · L · EPIMACHVS
IANTERNINAE · Ↄ · L · PRIMAE
VXSORI · SVAE · H · M · H · N · S

Andr. di Pietro *antichità Marsicane* (1869) p. 61.